Jacobi Lilium Oborscianum

LILIVM OBORSCIANVM

Fonte Lubomirsciano irrigatum,

Sacri Tynecensîs Conuentûs

CLAVIBVS

APERTVM,

Diui Benedicti Turri

Leone Custode

MVNITVM.

Ad Limina Tynecensia

SS. PETRI & PAVLI

APOSTOLORVM

SITVM

Caræ manui Carolomani Prioris

Tynecensis ad Cracouiam meritissimi

A

IACOBO BOCZYŁOWIC,

DEDICATVM.

Anno Domini 1687.

CRACOVIÆ,

Ex Officina Francisci Cezary, S. R. M. Illustriss. ac Rndiss. Dni. Episcopi Crac: Ducis Seueriæ, Necnon Schol. Nouoduorsc. Typogr.

Terna Charis gradum huic LILIO sternit.



Fulmine Matre
gemmam Acrocerauniam pariunt montes:
Fulminis gemma, Lemma est:
Pretiosiores generant Lubomirsciani fontes
vbi vel ipsa crescentia Lilia in gemmas cedunt.
eò gratiores, quo grauiores:
Quisquis Candidum OBORSCIANVM FLOREM cernit,
Gemmam ad tot Honores Candidatam discernit,
Cui,
Ipsa Diui Benedicti Turris gratum Viridarium & munimen est
LEONE CVSTODE.
Nec deficit CARA MANVS CAROLOMANI CVSTODIS
fidelissima
PRIORIS Primatū tenēs OBORSCIANI Honoris.
Virtutes Actusque Priores
Commendat repetitus Honor,

Virtus-

Virtuſqué reducit,
Cui,
Vel ipſa Sceptra Iagellonica in Doctorali Laurea
præſtant Primatum.
Nec poſtremus, nam PRIOR: Potiorqué Honoris,
quem emerita promouêre merita
Conſiſtit ad metam,
Nec ſinè fundamento
Nam
In BENEDICTI TVRRI
Cui
Fundamentalis Columna Lilium eſt.
PRINCEPS
Nam Præſulis Infula Coronatum,
Nec PRINCIPIS NVRSIÆ deficiunt Coronæ — S. Benedictus Princeps Nurſiæ.
Cui ABVNTIA Mater eſt, — Mater eius Abundantia.
Nec deficit
Per Orbem diſperſa BENEDICTI Virtus
Abunda & Munda eſt,
Zizania noſſe nequit.
Sidere Fauſto
Nam PATRIARCHA OCCIDENTIS — S. Benedictus.
Protector eſt
Fulminum & Fluminum
BENEDICTVS.
In Cuius Nomine
Quiſquis
occidentem inſpicis
vides in moriente viuentem.
Cuius
Religioſo ſideri

CAROLOMANVS
data Manus
Hic iam claudite Portas
PETRI CLAVIBVS.
Sed non desunt ad reserandum Tynecenses.
Quorum Cruce
Magni Præsulis gaudet Benedictio.
ſed nec inermis PAVLVS
Auro bibit cui dulce ferrum fuit
nec timendus Heros
Cuius ſeram ſinceram pectoris
Petrus clauius dum aperit.
Magni Pontificis
Virtutem veneratur cadendo Capite.
Iò Triumphe
vbi mors Triumphat
Principum Apoſtolorum viuit gloria
nam mori neſcia
Viuat Præſul nec impotior Vitâ ſit Prior
CAROLOMANI Manu
velut Priore Columna
ſtet Religio.